UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Die Schrift

Degering, Hermann

Berlin, 1929

71 Terentius: Comoediae, in England geschrieben. 12. Jahrh. Oxford, Bodl. Libr. Auct. F. 2. 13. (Nach: New Palaeogr. Society, S. 1, vol. III, pl. 63.)

urn:nbn:de:hbz:466:1-68942

Visual Library



OBSECRO mea nutrix Canthara quid nunc fiet. Sostrata illa uxor fuit Simulis mater erat Pamphile qui Eschinus impregnatam habebat. Canthara autē nutrix erat Pamphile. licet Sostratā suā euocet nutricē. Apppinquante autē hora parturitionis Pamphile. interrogabat Sostrata nutricē illius quid modo fieret de imminente partu cū neq; obstetrix adesset. neq; quē mitteret ad eam accersendā haberet cum canthara nutrix. spero quod recte;

OBSECRO. mea nutrix quid nunc fiet? CANT Quid fiet rogas?
Recte edepol spero. SOST Modo dolores mea tu occipiunt primulum.
Iam nunc times. quasi numquam affueris. numquam tute pepereris.
Miseram me. neminem habeo. sole sumus. Geta autem hic non adest.
Nec quem ad obstetricem mittam. nec qui accersat Eschinum
Pol is quidem iam hic aderit. nam numquam unum intermittat diem.
Quin semper ueniat. SOST Solus mearum est miseriarum remedium.
Ere nate. melius fieri haud potuit. quam factum est era
Quando uitium oblatum est. quod ad illum attinet potissimum.
Talem. tali genere. atq; animo. natum ex tanta familia.
Ita pol est ut dicis. saluus nobis deos queso ut fiet;